


# Sechszehnter Jahresbericht

des

**Königlichen Katholischen Gymnasiums zu Ostrowo,**

womit zu der

am 13. und 14. August 1861. stattfindenden

öffentlichen Prüfung und Schlussfeierlichkeit

ergebenst einladet

**Dr. Robert Enger,**

Director.

# SZESNASTE
# SPRAWOZDANIE

**KROLEWSKIEGO KATOLICKIEGO GIMNAZYUM W OSTROWIE,**

którem na

**POPIS PUBLICZNY UCZNIÓW,**

mający się odbyć dnia 13. i 14. Sierpnia 1861. r.

najuprzejmiej zaprasza

**Dr. Robert Enger,**

Dyrektor.



Druck von Theodor Hoffmann in Ostrowo.


BIBLIOTHECA
VNIV. IAGELL.
CRACOVIENSIS

In Agamemnonis Aeschyleae exodo post Aegisthi orationem exultantis et de Agamemnonis caede gloriantis suo consilio perpetrata inde a v. 1580 haec oritur Aegistho cum Choro altercatio:

*ΧΟΡΟΣ*

*Αἴγισθ', ὑβρίζειν ἐν κακοῖσιν οὐ σέβω.* 1580
*σὺ δ' ἄνδρα τόνδε φῂς ἑκὼν κατακτανεῖν,*
*μόνος δ' ἔποικτον τόνδε βουλεῦσαι φόνον·*
*οὔ φημ' ἀλύξειν ἐν δίκῃ τὸ σὸν κάρα*
*δημορριφεῖς, σάφ' ἴσθι, λευσίμους ἀράς.* 1585

*ΑΙΓΙΣΘΟΣ*

*σὺ ταῦτα φωνεῖς νερτέρᾳ προσήμενος*
*κώπῃ, κρατούντων τῶν ἐπὶ ζυγῷ δορός;*
*γνώσει γέρων ὢν ὡς διδάσκεσθαι βαρὺ*
*τῷ τηλικούτῳ σωφρονεῖν εἰρημένον.*
*δεσμὸς δὲ καὶ τὸ γῆρας αἵ τε νήστιδες* 1590
*δύαι διδάσκειν ἐξοχώταται φρενῶν*
*ἰατρομάντεις. οὐχ ὁρᾷς ὁρῶν τάδε;*
*πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε, μὴ παίσας μογῇς.*

*ΧΟΡΟΣ*

*γύναι, σὺ τοὺς ἥκοντας ἐκ μάχης νέον*
*οἰκουρὸς εὐνὴν ἀνδρὸς αἰσχύνουσ' ἅμα* 1595
*ἀνδρὶ στρατηγῷ τόνδ' ἐβούλευσας μόρον;*

*ΑΙΓΙΣΘΟΣ*

*καὶ ταῦτα τἄπη κλαυμάτων ἀρχηγενῆ.*
*'Ορφεῖ δὲ γλῶσσαν τὴν ἐναντίαν ἔχεις.*
*ὁ μὲν γὰρ ἦγε πάντ' ἀπὸ φθογγῆς χαρᾷ,*
*σὺ δ' ἐξορίνας νηπίοις ὑλάγμασιν* 1600
*ἄξει· κρατηθεὶς δ' ἡμερώτερος φανεῖ.*

ΧΟΡΟΣ

ὡς δὴ σύ μοι τύραννος Ἀργείων ἔσει,
ὃς οὐκ, ἐπειδὴ τῷδ' ἐβούλευσας μόρον,
δρᾶσαι τόδ' ἔργον οὐκ ἔτλης αὐτοκτόνως.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ

τὸ γὰρ δολῶσαι πρὸς γυναικὸς ἦν σαφῶς· 1605
ἐγὼ δ' ὕποπτος ἐχθρὸς ἢ παλαιγενής.
ἐκ τῶνδε τοῖδε χρημάτων πειράσομαι
ἄρχειν πολιτῶν· τὸν δὲ μὴ πειθάνορα
ζεύξω βαρείαις οὔτι μὴ σειραφόρον 1610
κριθῶντα πῶλον· ἀλλ' ὁ δυσφιλὴς σκότῳ
λιμὸς ξύνοικος μαλθακόν σφ' ἐπόψεται.

ΧΟΡΟΣ

τί δὴ τὸν ἄνδρα τόνδ' ἀπὸ ψυχῆς κακῆς
οὐκ αὐτὸς ἠνάριζες, ἀλλά νιν γυνὴ
χώρας μίασμα καὶ θεῶν ἐγχωρίων 1615
ἔκτειν'· Ὀρέστης ἆρά που βλέπει φάος,
ὅπως κατελθὼν δεῦρο πρευμενεῖ τύχῃ
ἀμφοῖν γένηται τοῖνδε παγκρατὴς φονεύς.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ

ἀλλ' ἐπεὶ δοκεῖς τάδ' ἔρδειν καὶ λέγειν, γνώσει τάχα.

Vs. 1581 corrigendum esse *ἀπὼν κατακτανεῖν* alio loco monuimus. Chorus enim respicit Aegisthi verba vss. 1576 — 1577

καὶ τοῦδε τἀνδρὸς ἡψάμην θυραῖος ὤν,
πᾶσαν συνάψας μηχανὴν δυσβουλίας.

Hic quum *θυραῖος ὤν* verba non recte essem interpretatus, *καὶ τοῦδε τἀνδρός* in *κἀκ τοῦδε τἀνδρός* esse mutandum putabam, quod qui merito reiecit Schneidewinus, ipse tamen loci sententiam non est assecutus. Hoc enim dicit Aegisthus: „et hunc virum interemi, quamquam caedi non interfui, quum totum eius occidendi consilium ego excogitaverim." Hanc sententiam quum chorus repetat, *ἡψάμην θυραῖος ὤν* verbis substituit *ἀπὼν κατακτανεῖν*, alterius vero versus *πᾶσαν συνάψας μηχανὴν δυσβουλίας* sententiam satis accurate reddit hoc versu *μόνος δ' ἔποικτον τόνδε βουλεῦσαι φόνον*, quo quae in *πᾶσαν* inest notio, ea *μόνος* vocabulo recte effertur, ut *μόνος* sine causa sit in suspicionem vocatum a Ludovico Schmidt in Muetzelli Diariis schol. a. 1858. p. 544.

Sed etiam aliud vitium in hac Chori oratione inesse docet proximarum conformatio sententiarum, quae nullo sint vinculo coniunctae. Atque sententiarum nexus licet restitui possit σὺ δ' ἄνδρα τόνδε φῄς in εἰ δ' ἄνδρα τόνδε φῄς mutato, tamen non satis certam esse hanc emendandi rationem Godofredus Hermannus docuit, qui primus antithetica ratione hoc Chori et Aegisthi colloquium compositum esse perspexit, ut et quae Chorus, et quae Aegisthus loquitur versuum numeris exaequata sint in hunc modum:

| Chor. | Aeg. | Chor. | Aeg. | Chor. | Aeg. | Chor. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| VI | VIII | III | V | III | VIII | VI |

Significaverat id Hermannus in Humboldti interpretatione post v. 1580 et post v. 1606 unius versus omissione indicata, quas lacunas Wellauerus quum aliis argumentis tuetur, tum responsionis quam sibi deprehendisse in hoc colloquio videatur ratione, quum Hermannus in editione quid ipse illa lacunae significatione voluisset recte esse a Wellauero intellectum moneat. Quod igitur Alfredus Ludwig in eius libri quem de Aeschylo emendando scripsit Viennae a. 1860 editi p. 24 iam alios ante Hermannum rem perspexisse narrat, quosnam ille alios dicat equidem ignoro: sin Wellauerum dicit, qui tandem is ante Hermannum rem perspexit, cui perspiciendae viam Hermannus monstravit? Non satis religiose Wellauerus se vidisse dicit quod Hermannum vidisse dicendum erat, idque leni sane castigatione animadvertit Hermannus: nunc vero post Hermanni editionem quis potest de hac re dubitare nisi qui caeco sit detrahendi studio abreptus? — Sed lacunam apud Humboldtum et Wellauerum post v. 1580 notatam in editione Hermannus ante v. 1584 indicandam fuisse censet, in hunc fere modum redintegrandam:

τοίγαρ στυγηθεὶς δυσθέοις τολμήμασιν
οὔ φημ' ἀλύξειν ἐν δίκῃ τὸ σὸν κάρα —

ut pro ἀλύξεις mutata constructione illatum sit οὔ φημ' ἀλύξειν τὸ σὸν κάρα, τοίγαρ vero interrogationem sequatur ut in Choeph. v. 882

φιλεῖς τὸν ἄνδρα; τοίγαρ ἐν ταὐτῷ τάφῳ
κείσει.

Mutatae constructionis incommodum removendum putat Kayserus στυγητόν pro στυγηθείς posito, Fridericus Thierschius vero in Disquisitionibus de analogiae Graecae capitibus minus cognitis Part. III p. 83 lacunae situm statuit in corruptela σὺ δ' ἄνδρα τόνδ' ἔφης, hoc fere modo explendae:

σὺ δ' εἶ δόλοισιν ἐνταθεὶς ἀτηρίοις
τὸν ἄνδρα τόνδε φῂς ἑκὼν κατακτανεῖν,
μόνος δ' ἔποικτον τόνδε βουλεῦσαι φόνον,
οὔ φημ' ἀλύξειν κ. τ. λ.

Ut hic, quamquam emendandi ratio incerta, vitium tamen manifestum est, sic altero loco, in Aegisthi oratione, quae antithetica versuum compositione evincitur lacuna, eadem orationis hiatu comprobatur. Nam etsi v. 1606 vitiosum illud ἐκ τῶνδε τοῦδε χρημάτων removeri potest facili quam Porsonus proposuit emendatione ἐκ τῶν δὲ τοῦδε χρημάτων, tamen recte Hermannus monet, nimis abruptam esse opum Agamemnonis mentionem, quibus sic demum recte se fretum dicere poterat Aegisthus, si eas nunc suas esse significasset. Itaque cohaesisse orationem hoc fere modo putat Hermannus:

ὥστ' ηὐλαβεῖτ' ἄν. νῦν δ' ἐγὼ κρατῶν δόμων
ἐκ τῶνδε τοῖδε χρημάτων πειράσομαι
ἄρχειν πολιτῶν.

Fridericus Thierschius vero, cui prorsus removenda haec Hermanni ratio videtur, tale quid proposuit:

καὶ νῦν κρατύνων σκῆπτρα καὶ θρόνους πατρός
ἐκ τῶνδε τοῦδε χρημάτων κ. τ. λ.

ut ἐκ τῶνδε non sit subinde, sed sceptri et throni auctoritate subnixum.

Eam Agamemnonis partem, in qua libri Medicei auctoritate destituti sola Florentini fide nitimur, librariorum non modo erroribus sed etiam temerariis mutationibus depravatam esse, quum ex aliis multis locis cognoscitur, tum satis memorabile hoc de quo disputamus colloquium praebet exemplum, Chori dico versus 1594 — 1596

γύναι, σὺ τοὺς ἥκοντας ἐκ μάχης νέον
οἰκουρὸς εὐνὴν ἀνδρὸς αἰσχύνουσ' ἅμα
ἀνδρὶ στρατηγῷ τόνδ' ἐβούλευσας μόρον;

De hoc loco hanc habemus G. Hermanni adnotationem: „Auratus quum coniecisset τοῦ γ' ἥκοντος, Stanleius τοῦδ' ἥκοντος scribi iussit, quod receperunt Schützius, Porsonus et ceteri praeter Wellauerum et Scholefieldium. Wellauerus τοὺς ἥκοντας ab οἰκουρός pendere voluit (quod fieri non potest), hoc sensu, domi exspectans eos qui ex pugna rediissent: nam chorum haec non Clytaemnestrae, sed Aegistho dicere, quem mulierem appellet: Clytaemnestram non esse in scena. Hoc postremum plane falsum est: mansit enim Clytaemnestra in scena, manetque usque ad finem fabulae: illud prius autem non minus errore caret. Nam si quis putet, γύναι quum dicit

chorus, Aegisthum appellari, necessario statuere debebit scribendum esse non αἰσχύνουσα (id enim non solum ambiguum, sed prorsus ineptum esset, verum αἰσχύνας, masculinum participium. Praeterea ob eandem ambiguitatem scribendum esset coniunctim γυνὴ σύ. Sic demum haec recte dicta essent.“ Hic quum pleraque recte sint disputata, mirum tamen est Hermannum in eum errorem incidere potuisse, ut haec non Aegistho, sed Clytaemnestrae dicere Chorum putaret. Nam quid tandem secutus ita rem instituerit poeta, ut Chorus cum Aegistho colloquens hoc colloquio interrupto repente ad Clytaemnestram se converteret nihil respondentem, quum praesertim quid Chorus de Clytaemnestrae facinore cogitaret, huic in eo quod modo cum illa habuit colloquio significasset? Neque ea ipsa quae dicit Chorus, recte Clytaemnestrae dicerentur, nam Aegisthus, non Clytaemnestra ἐβούλευσε μόρον, Clytaemnestra caedem perfecit, machinatus est Aegisthus, ut ipse gloriatur vss. 1576 — 1577

καὶ τοῦδε τἀνδρὸς ἡψάμην θυραῖος ὤν,
πᾶσαν συνάψας μηχανὴν δυσβουλίας,

Chorus saepius repetit, ut v. 1582

μόνος δ' ἔποικτον τόνδε βουλεῦσαι φόνον

v. 1603

ὃς οὐκ, ἐπειδὴ τῷδ' ἐβούλευσας μόρον

eodemque modo hic

ἀνδρί στρατηγῷ τόνδ' ἐβούλευσας μόρον.

Hoc igitur quum certum sit, Aegisthum hic a Choro compellari, sequitur, ut αἰσχύνουσ' in αἰσχύνας corrigendum sit, illud ambigi potest, utrum γύναι sit retinendum, an γυνὴ σύ, quod Hermanno necessarium videtur, corrigendum. Deinde librorum scripturam τοὺς ἥκοντας in τοῦδ' ἥκοντος mutari iussit Stanleius eamque emendationem plerisque probavit, quamquam perversam ita existere orationem non est quod pluribus demonstretur. Omnia huius loci incommoda tolluntur egregia Wieseleri emendatione, a Schneidewino recepta, μένων pro νέον restituentis, ut ita Chorus alloquatur Aegisthum:

γύναι, σὺ τοὺς ἥκοντας ἐκ μάχης μένων
οἰκουρὸς, εὐνὴν ἀνδρὸς αἰσχύνας ἅμα,
ἀνδρὶ στρατηγῷ τόνδ' ἐβούλευσας μόρον;

Iam recte opposita sunt ἥκοντας ἐκ μάχης et μένων οἰκουρός, recteque additum εὐνὴν ἀνδρὸς αἰσχύνας ἅμα. Ignaviam hominis exprobrat, mulieremque compellat, quod mulieris est οἰκούρημα, viro turpe, ut est apud Euripidem Heracl. v. 698

αἰσχρὸν γὰρ οἰκούρημα γίγνεται τόδε
τοὺς μὲν μάχεσθαι, τοὺς δὲ δειλίᾳ μένειν.

Patet igitur librarium deceptum γύναι appellatione temere ad Clytaemnestram relata participium αἰσχύνας in αἰσχύνουσ', μένων vero, cuius loco femininum genus substitui numeri vetabant, in νέον convertisse. Haec librarii mutatio sane temeraria est et nimis violenta, a qua fortasse immunis erat liber Mediceus, sed in Florentino, cuius auctoritate sola hic utimur, quum alia sunt vitia commissa, tum consimili ratione participii genus mutatum, ut v. 248 σιγώσῃ in σιγῶντι, v. 256 φρονοῦντος in φρονούσης. Hoc tenendum est praesertim hanc corruptissimam fabulae partem tractanti, ob eamque causam copiosius de hoc loco disputavimus, ut cognita librarii audacia maior proximae disputationi nostrae fides compararetur, in qua ad medicinam non satis lenem, si non urendis et secandis corruptis, attamen luxatis reponendis confugiendum videtur.

Postquam enim ad haec Chori probra Aegisthus novis minis respondit, cuius orationis extremi duo versus sunt:

σὺ δ' ἐξορίνας νηπίοις ὑλάγμασιν
ἄξει· κρατηθεὶς δ' ἡμερώτερος φανεῖ,

Chorus haec profert vss. 1602 — 1604

ὡς δὴ σύ μοι τύραννος Ἀργείων ἔσει,
ὃς οὐκ, ἐπειδὴ τῷδ' ἐβούλευσας μόρον,
δρᾶσαι τόδ' ἔργον οὐκ ἔτλης αὐτοκτόνως.

De particulis ὡς δή, quasi scilicet, ab aliis est dictum; deinde bis positum οὐκ defendi vix potest, recteque videtur Hartungius ὃς οὐδ' correxisse. Hoc igitur dicit: tu scilicet mihi rex Argivorum eris, qui ne id quidem agere ausus sis, ut quam huic parasses necem, eam ipse exsequerere. Quum Chorus Aegisthum neget Argivorum tyrannum fore, Aegisthus vero nihil de tyrannide dixerit, interpretes ad hoc artificium confugiunt, ut Chori responsum ad vocem κρατηθείς referri dicant, inde enim apparere, tyrannidem esse occupaturum Aegisthum. At κρατηθείς est in vincula coniectus, neque hic Aegisthus se tyrannidem affectare exponit, sed resistentes in vincula esse coniecturum minatur, quas minas si neglegere noluit, repellere non una ratione poterat Chorus, ita non poterat, ut cur ille esse Argivorum tyrannus non posset doceret. Rem apertam etiam clariorem reddet versio Germanica, quam Franzium secutus hic subicio:

**Aegisthos.**

*Auch diese Worte werden bitt'rer Thränen Quell.*
*Du hast von Orpheus Zunge ganz das Widerspiel:*
*der führt mit seiner Stimme Zauber alles fort,*
*du aber, reizend durch dein thörichtes Gebell,*
*wirst abgeführt; die Kette macht dich zahmer bald!*

**Chor.**

*Du wirst ein schöner König mir von Argos sein,*
*der, als du Mord sannst diesem, nicht einmal die That*
*du auszuführen wagtest mit selbeigner Hand!*

Argumentis non opus est, ipso sensu haec non esse apta inter se etiam indocti intellegent. Quare dubitari non potest quin alieno loco positum sit hoc Chori dictum, in eaque oratione, ad quam respondeat Chorus, tyrannidem se esse occupaturum perspicue et aperte dixerit Aegisthus.

Sed etiam magis admirabile est Chori responsum, quod ultimum in hoc colloquio positum est vss. 1613 sqq.

τί δὴ τὸν ἄνδρα τόνδ' ἀπὸ ψυχῆς κακῆς
οὐκ αὐτὸς ἠνάριζες, ἀλλά νιν γυνὴ
χώρας μίασμα καὶ θεῶν ἐγχωρίων
ἔκτεινε.

Nam postquam Chorus eo de quo modo disputavimus loco Aegistho crimini vertit, quod non ipse interfecerit Agamemnonem, eiusque rei rationem perspicue exposuit Aegisthus:

τὸ γὰρ δολῶσαι πρὸς γυναικὸς ἦν σαφῶς
ἐγὼ δ' ὕποπτος ἐχθρὸς ἦ παλαιγενής,

qui tandem iterum cur non ipse occiderit interrogatur? Hoc tam mihi videtur ineptum esse, ut rem monstrasse sufficiat. Tamen interpretes tacent, unus, quod sciam, Klausenus haec adnotat: „omnino non curat chorus excusationes Aegisthi, quasi dolus mulierem magis deceat et ipse suspectus fuerit: sed has ipsas pro signis ignaviae habet et exprobrationem repetit, certo expectans facilem fore Oresti redeunti victoriam.“ Quamvis illas Aegisthi excusationes pro ignaviae signis habeat, tamen qui responsum accepit, qualecunque id est, idem iterum interrogare, quasi nondum esset responsum, nullo pacto potest. Schneidewinus interpunctionem mutavit: τί δή; τὸν ἄνδρα — ἔκτεινε. At τί δή; dicere is non potest qui nihil novi affert, sed rem iam expositam denuo repetit, neque quorsum illa repetitio spectet intellegitur.

Denique in disputationem vocandus est primus qui hoc colloquium sequitur tetrameter:

ἀλλ' ἐπεὶ δοκεῖς τάδ' ἔρδειν καὶ λέγειν, γνώσει τάχα.

G. Hermannus „Scripsit, inquit, Aeschylus κοὐ λέγειν. At, inquit Aegisthus, quoniam factis, non dictis pugnaturus videris, statim cognosces —. Non eloquitur sententiam, gestu se gladium stringere velle significans.“ Recte Hermannus ἔρδειν κοὐ λέγειν correxit, eodemque modo quum aliis locis peccatum, tum huius fabulae v. 1004

οἱ δ' οὔποτ' ἐλπίσαντες ἤμησαν καλῶς,
ὠμοί τε δούλοις πάντα καὶ παρὰ στάθμην.

Hic παρὰ στάθμην explicant praeter amussim, i. e. praeter aequum, quod et per se incredibile est, παρὰ στάθμην dictum esse ut παρὰ τὸ πρέπον, neque usu comprobatur, veluti Theognis v. 543 dixit:

χρή με παρὰ στάθμην καὶ γνώμονα τήνδε δικάσσαι,
Κύρνε, δίκην, ἶσόν τ' ἀμφοτέροισι δόμεν.

Παρὰ στάθμην igitur contrarium eius significat quod hic requiritur, ut κοὐ παρα στάθμην corrigendum sit. — Illuc revertor. Recte Hermannum κοὐ λέγειν emendasse certum est, quod vero non eloqui sententiam Aegisthum statuit, probari nequit, quum interruptae orationi hic nullus locus sit. Deinde quid illud est „quoniam factis non dictis pugnaturus videris“? Nihil de factis dixerat Chorus, non se esse pugnaturum ostenderat, sed in Oreste omnem sibi esse spem repositam. Permira est Schneidewini explicatio: *„nun, da du den Vorsatz hast, das zu betreiben und nicht mit Worten zu kämpfen, so wirst du bald gewahr werden, dass auch ich zur That bereit bin,“* ut τάδ' ἔρδειν ad Orestis reditum referatur. At Chorus sperat rediturum Orestem, se ipsum vero non dixerat illius reditum factis non verbis esse paraturum. Nimirum hic quoque versus non suo loco positus est, ex cuius verbis ἔρδειν κοὐ λέγειν apparet, in ea ad quam hic respondet Aegisthus oratione de agendo verba fecisse Chorum.

Ex his quae disputavimus efficitur, versuum ordinem in hoc colloquio perturbatum esse. Versus 1602 — 1604 non suo loco positi sunt, praecedat enim necesse est Aegisthi oratio, qua tyrannidem se esse occupaturum ostendat. Versus 1613 — 1618 non suo loco positi sunt, sequatur enim necesse est, non praecedat Aegisthi oratio, qua cur non ipse Agamemnonem occiderit ostendat. Haec duo igitur Chori dicta ubi sedes suas mutare iusserimus, nihil erit non recte suoque loco positum. Iam enim et eam Chori orationem, qua cur Aegisthus non ipse occiderit Agamemno-

nem quaerit, Aegisthi responsum non praecedet sed ut par est sequetur, et illa Chori verba, quibus Aegisthi tyrannidem ridet, *ὡς δὴ σύ μοι τύραννος Ἀργείων ἔσει* ad praecedentis Aegisthi orationis verba *πειράσομαι ἄρχειν πολιτῶν* recte referentur, simulque illud hac transpositione assequemur, ut etiam tetrameter ille iustum obtineat locum, quippe cui iam versus 1602 — 1604 praecedant, ut Chori verbis *δρᾶσαι τόδ' ἔργον οὐκ ἔτλης* convenienter verba *τάδ' ἔρδειν κοὐ λέγειν* opponat Aegisthus. Hoc omnisque huius loci conformatio ut clarius appareat, totum hoc colloquium correctum infra exhibeo:

ΧΟΡΟΣ

*Αἴγισθ', ὑβρίζειν ἐν κακοῖσιν οὐ σέβω.* 1580
* * * *
*σὺ δ' ἄνδρα τένδε φὴς ἄπων κατακτανεῖν,*
*μόνος δ' ἔποικτον τόνδε βουλεῦσαι φόνον,*
*οὔ φημ' ἀλύξειν ἐν δίκῃ τὸ σὸν κάρα*
*δημορριφεῖς, σάφ' ἴσθι, λευσίμους ἀράς.* 1585

ΑΙΓΙΣΘΟΣ

*σὺ ταῦτα φωνεῖς νερτέρᾳ προσήμενος*
*κώπῃ, κρατούντων τῶν ἐπὶ ζυγῷ δορός;*
*γνώσει γέρων ὢν ὡς διδάσκεσθαι βαρὺ*
*τῷ τηλικούτῳ σωφρονεῖν εἰρημένον.*
*δεσμὸς δὲ καὶ τὸ γῆρας αἵ τε νήστιδες* 1590
*δύαι διδάσκειν ἐξοχώταται φρενῶν*
*ἰατρομάντεις. οὐχ ὁρᾷς ὁρῶν τάδε;*
*πρὸς κέντρα μὴ λάκτιζε, μὴ παίσας μογῇς.*

ΧΟΡΟΣ

*γύναι, σὺ τοὺς ἥκοντας ἐκ μάχης μένων*
*οἰκουρὸς, εὐνὴν ἀνδρὸς αἰσχύνας ἅμα,* 1595
*ἀνδρὶ στρατηγῷ τόνδ' ἐβούλευσας μόρον;*

ΑΙΓΙΣΘΟΣ

*καὶ ταῦτα τἄπη κλαυμάτων ἀρχηγενῆ.*
*Ὀρφεῖ δὲ γλῶσσαν τὴν ἐναντίαν ἔχεις.*
*ὁ μὲν γὰρ ἦγε πάντ' ἀπὸ φθογγῆς χαρᾷ,*
*σὺ δ' ἐξορίνας νηπίοις ὑλάγμασιν* 1600
*ἄξει· κρατηθεὶς δ' ἡμερώτερος φανεῖ.*

ΧΟΡΟΣ

*τί δὴ τὸν ἄνδρα τόνδ' ἀπὸ ψυχῆς κακῆς*
*οὐκ αὐτὸς ἠνάριζες, ἀλλά νιν γυνὴ*
*χώρας μίασμα καὶ θεῶν ἐγχωρίων*
*ἔκτειν'; Ὀρέστης ἆρά που βλέπει φάος,* 1605

ὅπως κατελθὼν δεῦρο πρευμενεῖ τύχῃ
ἀμφοῖν γένηται τοῖνδε παγκρατὴς φονεύς.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ

τὸ γὰρ δολῶσαι πρὸς γυναικὸς ἦν σαφῶς·
ἐγὼ δ' ὕποπτος ἐχθρὸς ἦ παλαιγενής.
* * * * 1610
ἐκ τῶνδε τοῦδε χρημάτων πειράσομαι
ἄρχειν πολιτῶν· τὸν δὲ μὴ πειθάνορα
ζεύξω βαρείαις οὔτι μὴ σειραφόρον
κριθῶντα πῶλον· ἀλλ' ὁ δυσφιλὴς σκότῳ
λιμὸς ξύνοικος μαλθακόν σφ' ἐπόψεται. 1615

ΧΟΡΟΣ

ὡς δή σύ μοι τύραννος Ἀργείων ἔσει,
ὃς οὐδ', ἐπειδὴ τῷδ' ἐβούλευσας μόρον,
δρᾶσαι τόδ' ἔργον οὐκ ἔτλης αὐτοκτόνως.

ΑΙΓΙΣΘΟΣ


ἀλλ' ἔμ' εἰ δοκῶ τάδ' ἔρδειν κοὐ λέγειν, γνώσει τάχα.

Quum Aegisthus vss. 1576 — 1577 et interemisse se Agamemnonem quamquam aliena manu, et totum consilium excogitasse dixerit, quod repetit Chorus vss. 1581 (ἀπὼν κατακτανεῖν) et 1582 (βουλεῦσαι φόνον): alterum exprobrat Chorus vss. 1586 — 1588, indignum fuisse viro consilium, ex quo domi sedens regi imperatori ex bello redeunti insidias struxerit; alterum vss. 1602 — 1605 ei crimini vertit, quod caedem ignavo consilio machinatus non ipse perfecerit sed mulier virum occiderit. Hoc igitur dicto superius Chori dictum continuatur neglectis Aegisthi minis, similique ratione rem instituerat poeta in Chori colloquio cum Clytaemnestra, ubi postquam ex partitione vss. 1416 1417 proposita Chorus de Helena (γυναικὸς διαί) vss. 1418 — 1429 exposuit, deinde Clytaemnestrae orationem interpositam non curans vss. 1436 sqq. ad alteram partem (πρὸς γυναικός) persequendam pergit. Quod igitur v. 1602 τί δή positum est et ἀπὸ ψυχῆς κακῆς, quae verba Schneidewinum vexabant, ea iam facillima sunt explicatu. Hoc enim dicitur: „cur igitur, quoniam semel pro ignavo animo tuo placuit domi sedenti exspectare revertentem ex bello victorem, cur igitur insidiis paratis inimicum non ipse necasti, sed mulier virum occidit?“ Denique ut v. 1585 populi lapidationem, sic hoc loco Orestis vindictam minatur Chorus. Ad hanc orationem ita respondet Aegisthus, ut quod Chorus dixerat τί οὐκ αὐτὸς ἠνάριζες, ἀλλὰ γυνὴ ἔκτεινε, id primis duobus versibus respiciat; quod vero Chorus minatus Orestis mentionem fecit, parum se eius vindictam curare significet, sed Agamemnonis opibus, Orestis patrimo-

nio, potitum cives imperio esse contenturum, seditiosos catenis coerciturum. Hoc ridet Chorus eumque qui insidias quidem struere, aggredi vero adversarium non ausus sit, parem esse negat imperio obtinendo. Ita res eo deducta est, ut non amplius minis contentus vim inferre senibus paret Aegisthus. „At, inquit, num mihi in animo sit agere et exsequi quod minatus sum, non verbis minari, statim cognosces."

Iam quomodo sit orta haec perturbatio si quaeris, mihi quidem vitii origo non tam a librarii neglegentia quadam et errore repetenda, quam a correctoris interpolatione videtur. Qui quum Aegisthi verba *τὸ γὰρ δολῶσαι πρὸς γυναικὸς ἦν σαφῶς* non recte opinaretur eam Chori sententiam sequi, qua ille Orestis reditum ultoris minaretur, extremum Chori dictum hoc loco ponendum esse existimavit, ad cuius verba *δρᾶσαι τόδ' ἔργον οὐκ ἔτλης αὐτοκτόνως* iam apte Aegisthus cur non ipse perfecisset caedem responderet.

Denique quod de antithetica huius colloquii ratione disseruimus, id ita nunc mutatur, ut medios Aegisthi quinque versus 1597 — 1601 eodem ordine et praecedant tria cola et sequantur:




Ita etiam simpliciorem nancti sumus responsionis rationem, quamquam nescio simpliciorem an artificiosiorem magis hic commendabilem dicam: Alfredus Ludwig artificiosissimam quamque dictitat esse verissimam artificio ipso ratus certum contineri probabilitatis argumentum. Is enim in eo quem supra commemoravi libro p. 24 duos versus in hoc colloquio non excidisse sibi persuasit, sed potius duos esse eiciendos, v. 1589 *τῷ τηλικούτῳ σωφρονεῖν εἰρημένον* et v. 1615 *χώρας μίασμα καὶ θεῶν ἐγχωρίων.* Et ille quidem versus ut difficilis sit explicatu, tamen quomodo aliunde huc illatus sit, etiam difficilius fuerit explicatu. Alterum vero Chori versum (1615) eicere velle nimiae est temeritatis, quem miramur potuisse viro doctissimo non solum inutilem videri, sed etiam ineptum, propterea quod conviciis eo loco non opus sit sed simplice viri et mulieris oppositione. Non cogitavit igitur muliere commemorata Chori iram excitari, tantique facinoris atrocitate commotum animum abripi ad vindictae exspectationem. Deleto illo versu simul vinculum deletur quo hae sententiae sunt coniunctae, quumque omnis vis in ea sententia inesset, quod non ipse Aegisthus sed mulier caedem perfecit, huius rei videretur Chorus, non ipsius sceleris flagitare vindictam. Eiectis igi-

tur his duobus versibus A. Ludwig hanc efficit compositionem antitheticam:

| Chor. | Aeg. | Chor. | Aeg. | Chor. | Aeg. | Chor. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| V | VII | III | V | III | VII | V |

et „die Complicirtheit, inquit, dieser Responsion, so wie der vorher dargelegten ist wohl hinlängliche Bürgschaft für ihre Richtigkeit.“

De artificio modo diximus: alter vero quem se antea exposuisse dicit locus versibus 1006 — 1030 continetur. Postquam Clytaemnestra Cassandram aedes intrare iussit, Cassandra vero neque obtemperavit, neque omnino illius orationem attendit, hoc exoritur colloquium:

*ΧΟΡΟΣ*

*σοί τοι λέγουσα παύεται σαφῆ λόγον.*
*ἐντὸς δ' ἁλοῦσα μορσίμων ἀγρευμάτων*
*πείθοι' ἂν εἰ πείθοι'· ἀπειθοίης δ' ἴσως.*

*ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ*

*ἀλλ' εἴπερ ἐστὶ μὴ χελιδόνος δίκην*
*ἀγνῶτα φωνὴν βάρβαρον κεκλημένη,* 1010
*ἔσω φρενῶν λέγουσα πείθω νιν λόγῳ.*

*ΧΟΡΟΣ*

*ἕπου. τὰ λῷστα τῶν παρεστώτων λέγει.*
*πείθου, λιποῦσα τόνδ' ἁμαξήρη θρόνον.*

*ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ*

*οὔτοι θυραίαν τήνδ' ἐμοὶ σχολὴν πάρα*
*τρίβειν· τὰ μὲν γὰρ ἑστίας μεσομφάλου* 1015
*ἕστηκεν ἤδη μῆλα πρὸς σφαγὰς πάρος,*
*ὡς οὔποτ' ἐλπίσασι τήνδ' ἕξειν χάριν·*
*σὺ δ' εἴ τι δράσεις τῶνδε, μὴ σχολὴν τίθει.*
*εἰ δ' ἀξυνήμων οὖσα μὴ δέχει λόγον,*
*σὺ δ' ἀντὶ φωνῆς φράζε καρβάνῳ χερί.* 1020

*ΧΟΡΟΣ*

*ἑρμηνέως ἔοικεν ἡ ξένη τοροῦ*
*δεῖσθαι· τρόπος δὲ θηρὸς ὡς νεαιρέτου.*

*ΚΛΥΤΑΙΜΝΗΣΤΡΑ*


*ἦ μαίνεταί τε καὶ κακῶν κλύει φρενῶν,*
*ἥτις λιποῦσα μὲν πόλιν νεαίρετον*
*ἥκει· χαλινὸν δ' οὐκ ἐπίσταται φέρειν,* 1025

πρὶν αἱματηρὸν ἐξαφρίζεσθαι μένος.
οὐ μὴν πλέω ῥίψασ' ἀτιμασθήσομαι.

ΧΟΡΟΣ

ἐγὼ δ', ἐποικτείρω γάρ, οὐ θυμώσομαι.
ἴθ', ὦ τάλαινα, τόνδ' ἐρημώσασ' ὄχον,
εἴκουσ' ἀνάγκῃ τῇδε καίνισον ζυγόν. 1030

Hic versus **1019 — 1020** post v. **1011** collocandos esse censet Ludwig, ut haec existat responsionis ratio:




Speciosum est hoc commentum, quod probarem, modo recte duos illos versus priori Clytaemnestrae orationi adiungi mihi persuaderem. Et leviter rem consideranti apte verbis ἀλλ' εἴπερ ἐστὶ μὴ φωνὴν βάρβαρον κεκτημένη opponi videntur εἰ δ' ἀξυνήμων οὖσα μὴ δέχει λόγον. At alia videntur obstare. Primum, quod prioribus tribus versibus Clytaemnestra ad Chorum conversa de Cassandra loquitur, altero vero quod priori opponatur membro ad ipsam se convertit Cassandram. Quod Ludwig posuit ἀλλ' εἴπερ εἰμὶ μὴ χελιδόνος δίκην, eo hoc incommodum non tollitur, et nisi fallor calami errori illud εἰμὶ tribuendum, quod mea quidem sententia hic prorsus ineptum foret. Deinde quae inter verba πείθω νιν λόγῳ et ἀντὶ φωνῆς φράζε καρβάνῳ χερί oppositionis ratio intercedat, mihi quidem non liquet. Sententia enim talis esset: „atqui nisi forte Grace nescit, persuadeo ei oratione: sin autem me non intellegis, tu vocis loco manu loquere.“ Quid igitur vult Cassandram loqui vel manu significare? An se Graece nescire? At hoc inutile foret; nam quid tum factura erat Clytaemnestra? Nimirum ipsi ut se sequeretur manu ostendendum erat, idque statim facere poterat et dicere: „sin Graece nescis, manu tibi significo ut relicta sede domum intres.“ At fortasse num sit obtemperatura Cassandram manu ostendere iubet. At id hic non apte fieri apparet, postquam modo se non dubitare dixit quin esset obtemperatura. Non igitur monenda erat Cassandra ut manu nescio quid significaret, sed ut relicta sede in aedes intraret. Denique quum Cassandra neque verbo neque signo respondeat, mirum est quod non statim irata abit Clytaemnestra, sed iterum eam alloquitur, quamvis num intellegatur ignoret. Contra multo aptius illi versus post v. **1018** σὺ δ' εἴ τι δράσεις τῶνδε, μὴ σχολὴν τίθει ponuntur. Iam enim dubitat Clytaemnestra, quumque immota sedeat Cassandra neque Clytaemnestrae Chorique orationes attendat, tandem responsum aliquod ut accipiat Clytaemne-

stra gestu orationem suam adiuvans Cassandram ut si Graece nesciat, manus respondeat signo hortatur. Quae quum ne sic quidem respondeat, tum et Chorus hanc summam obstinationem notans ἑρμηνέως, inquit, ἔοικεν ἡ ξένη τοροῦ δεῖσθαι, et Clytaemnestra irata discedit.

Ceterum prius illud Clytaemnestrae dictum in libris non recte scriptum est, mirumque defendi a plurimis potuisse versum 1011 ἔσω φρενῶν λέγουσα πείθω νιν λόγῳ, in quo fere nihil sit quo non offendare. Nam ἔσω φρενῶν λέγουσα quum vulgo ita interpretentur, ut sit in Cassandrae animo dicens, i. e. ita dicens ut non auribus solum, sed etiam mente verba mea percipiat: Schneidewinus hoc dicendi genus exemplis conatur stabilire qualia sunt ἔσω φρενῶν γράφου, ἔσω φρενῶν ἰρρωδία μοι, illud non docuit φρένας Cassandrae hic intellegi posse. Nam ut quum dico animo volvo, meum, non alius animum dico, quum ἔσω φρενῶν γράφω, in animo inscribere dicor meo, non alieno: sic ἔσω φρενῶν λέγω si dici posset, nihil aliud esset nisi in animo meo dico. Et ut possit ἔσω φρενῶν λέγουσα significare: dicens ut Cassandra intellegat, tamen inutilis esset haec repetitio, et argumentum potius exspectatur, quo nisa se illi persuadere dicit Clytaemnestra. Multo igitur rectius Klausenus Bothii interpretationem secutus vertit quum prudens dicam, modo hoc inesse in verbis illis docuisset. Dubitari nequit, quin haec vitiosa sint, et ut haec vitiosa, sic altera quoque huius versus pars manifesta prae se fert corruptelae argumenta. Nam spondeus πείθω positus ante quintam arsin vitiosus est, eoque correctoris interpolatio coarguitur non satis periti, qui melioribus numeris νιν πείθω λόγῳ potuisse dici ignoraret. Deinde πείθω praesens ferri nequit, neque pro futuro positum ferri posset, propterea quod nova quaedam argumenta non amplius est additura Clytaemnestra, λόγον orationem dicit, qua modo comiter et benigne allocuta erat Cassandram. Quid hic requiratur apertum est. Chorus enim quum se dubitare dixerit an non esset obtemperatura Cassandra, Clytaemnestra respondens Choro ad eumque conversa se contra sentire ostendit. Quare mihi corrigendum videtur: ἔσω φρενῶν γεγῶσα πείθοιτ' ἂν λόγῳ. Iam Chori verbis ἀπειθοίης δ' ἴσως recte opponit Clytaemnestra πείθοιτ' ἂν λόγῳ additque argumentum ἔσω φρενῶν γεγῶσα quod respondet Chori argumento ἐντὸς δ' ἁλοῦσα μορσίμων ἀγρευμάτων. Dictum est ἔσω φρενῶν γεγῶσα ut Choeph. v. 230 ἔνδον γενοῦ, χαρᾷ δὲ μὴ ἐκπλαγῇς φρένας, Eurip. Heracl. v. 707 σῶν φρενῶν οὐκ ἔνδον ὤν. Postquam γεγῶσα facili errore, praesertim quum hic scribentis animo λέγω obversaretur, in λέγουσα transiit, πείθοιτ' ἄν, quod iam ineptum erat, in πείθω νιν est correctum, a cuius generis correctionibus non abstinuisse

librum Florentinum supra ostendimus. In eo quod sequitur Chori dicto quum ἕπου rectius cum participio λιποῦσα coniungatur, vocabula ἕπου et πείθου locis suis mota videntur, idque eo confirmatur, quod illud πείθοιτ' ἂν Clytaemnestrae sic clarius apparet respici Chori adhortatione πείθου. Chorus enim tribus versibus ad Cassandram conversus quum tertio versu dicat:

πείθοι' ἂν εἰ πείθοι'· ἀπειθοίης δ' ἴσως,


deinde Clytaemnestra item tribus versibus ad Chorum conversa tertio versu:

ἔσω φρενῶν γεγῶσα πείθοιτ' ἂν λόγῳ

apte iam Chorus pergit:

πείθου· τὰ λῷστα τῶν παρεστώτων λέγει.

Hoc quoque me movet, ut tribus tantum versibus hanc Clytaemnestrae orationem contineri existimem, etsi quam sint incerta eiusmodi argumenta non ignoro. Ceterum sic quoque aequalitas quaedam in singulis huius colloquii dictis non desideratur, quae in hunc modum versuum numero sunt exaequata:




Cavendum vero est, ne nimis arctis finibus talia esse circumscribenda putemus, summamque aequalitatem requiramus, ubi etiam diversitatem quandam esse quaesitam a poeta apparet. Veluti in eo quod proximum est inter Cassandram et Chorum colloquio lyrica pars ita est composita, ut Cassandra una stropha et antistropha ad Apollinem se convertat, deinde duobus stropharum paribus vetera domus scelera, tum duobus Agamemnonis caedem, denique duobus suam ipsius sortem vaticinetur, Chorus initio binis trimetris respondeat, inde a quinta stropha ipse quoque ad lyricos modos transeat. Commaticum hoc carmen sequuntur trimetri, quibus idem argumentum tractatur similisque est singularum partium descriptio. Tribus longioribus orationibus Cassandra eodem ordine de antiquis domus sceleribus, de Agamemnonis caede, de sua sorte dicit; unamquamque Cassandrae orationem excipit Chori dictum quaternorum versuum, sequitur stichomythia ex singulis Cassandrae et Chori versibus constans. Et ut commo tripartito praemissum erat stropharum par, ita hic duobus Cassandrae dictis, quibus unus Chori versus interpositus est, illae tres partes clauduntur. Sed in hac compositionis aequalitate tamen diversitatem secutus est poeta. Nam neque Cassandrae orationes, neque stichomythiae versuum numero exaequatae sunt, illae ex 20, 28,

39 versibus constant, in stichomythiis Cassandra et Chorus primum senos, deinde quinos, denique septenos trimetros loquuntur, ut haec sit trium illarum partium conformatio:

| Cass. | Ch. | Stichom. | Cass. | Ch. | Stichom. | Cass. | Ch. | Stichom. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 20 | 4 | 6 + 6 | 28 | 4 | 5 + 5 | 39 | 4 | 7 + 7 |

In clausula vero quum uno Chori versu duae distineantur Cassandrae orationes, altera octo, altera novem versuum, haec quidem inaequalitas vitii suspicionem movet. Et turbatum hic aliquid esse iam Henricus Weil animadvertit, qui vss. 1272 — 1273 post v. 1286 collocavit et vss. 1287 — 1290, qui in libris Cassandrae sunt, Choro tribuit. Hoc postremum probari nullo modo potest; quod enim dicit tales de universa hominum conditione sententias virgini mortem propinquam exhorrenti ne Euripidem quidem tributurum fuisse, vaticinari Cassandram, non philosophari: huius argumenti vis aestimari ita tantum posset, si quae horum versuum sententia esset ante exposuisset. Mihi sane communem aliquam sententiam hic proferre, sed talem videtur, quae ex virginis conditione misera apta et cum iis quae antea dixerat coniuncta sit, quamquam obscuram esse horum versuum interpretationem concedo. Alterum vero quod Weilius adicit argumentum in eo positum, quod per totam hanc scenam longioribus Cassandrae orationibus Chorus quaternos versus subiciat, nihil omnino valere ex iis quae supra de huius colloquii compositione a nobis est disputatum apparet. Mirum est non intellexisse Weilium, quum proximis Chori anapaestis generalis sententia contineatur, hanc consimilis argumenti sententiam generalem trimetris expositam non posse eiusdem esse Chori. Sed ne altera quidem mutatio, qua vss. 1272 — 1273

ἀλλ' εἶμι κἀν δόμοισι κωκύσουσ' ἐμὴν
Ἀγαμέμνονός τε μοῖραν. ἀρκείτω βίος

post v. 1286 collocat, ullam prae se fert probabilitatis speciem. Cassandra ultimum se dicturam esse praefata hac novissima solis luce, ut occisores poenas aliquando solvant precatur: cui imprecationi quod addit se iam ituram, ut etiam intus suam Agamemnonisque caedem lamentetur, eo mihi quidem mirum in modum imminui et debilitari huius orationis gravitas videtur. Quod incommodum non tollitur κἀν δόμοισι in κἀν θανοῦσι, vel ut Weilius edidit κἀν δαμεῖσι mutato, quin etiam augetur, quum Agamemnonis commemoratio omnino hic aliena sic etiam magis est inepta. Omnes, credo, qui quid quamque personam et quo deceat loco, recto usi iudicio sentiunt, non posse hic hos versus Cassandrae tribui concedent: hoc tamen recte monuit Weilius, ne eo

quidem loco quo in libris perhibentur, recte positos videri. Quod ut statuam non solum eo commoveor, quod horum versuum sententia non satis apte cum proximorum coniuncta est, neque quod ἰὼ ξένοι aptius in orationis initio ponitur, neque denique quod bis et accedere ad aedes et iterum reverti virginem fortem non decet, sed etiam alio quodam utor argumento, quo exposito simul quo potissimum loco illi versus ponendi sint apparebit. Cassandra orationem suam, quae v. 1253 finitur, ita absolverat ut iam nihil additura esse videretur; sed Chori oratione miserantis eam et interrogantis etiam retinetur, colloquiumque ita denuo instituitur. Post huius stichomythiae v. 1264 ad aedes se convertit introitura, sed repente revertitur horrore perculsa, ut proximus Chori versus docet: τί δ' ἐστὶ χρῆμα; τίς σ' ὑποστρέφει φόβος; Continuatur colloquium, donec post v. 1271 Cassandra duobus illis de quibus disputamus versibus se domum intraturam esse ostendit, nihilominus tamen manet et pergit ἰὼ ξένοι κ. τ. λ. Hic dupliciter contra constantem quendam tragoediae usum peccatum est, primum eo quod media stichomythia, versuum continuatione serieque non interrupta, actio ipsa interrumpitur scenaque quam dicunt ad exitum videtur esse perducta. Hic enim duo vel plures versus Cassandrae tribuendi erant, quibus absoluta haec pars distineretur ab ea quae proxime sequitur. Quumque, ut supra a nobis expositum est, tria illa huius scenae membra tripartita sequatur conclusionis loco nova diversae compositionis pars, eiusque rei ratio cum actione rerumque conditione coniuncta esse debeat, dubitari nequit, quin ipso hoc loco quo scenam relictura est Cassandra, institutam compositionis rationem absolverit poeta, quumque illa revertatur, continuatum colloquium nova conformatum arte conclusionis loco adiecerit. Ex quo efficitur, ut plures hic Cassandrae versus requirantur. Sed etiam alia re peccatum est contra communem omnium scenicorum, tragicorum ut comicorum usum, ex quo si quid acturi sunt histriones, id simul verbis narrant se esse acturos. Hic vero Cassandra post v. 1264 tacita ad aedes se confert, idque eam fecisse ex proximo demum Chori versu colligimus, cur illa subito revertatur interrogantis. Utrique incommodo occurritur duobus illis versibus huc transpositis et cum versu 1264 coniunctis in hunc modum:

ἀλλ' εἶμι κἀν δόμοισι κωκύσουσ' ἐμὴν
Ἀγαμέμνονός τε μοῖραν. ἀρκείτω βίος.
ἰὼ πάτερ σοῦ σῶν τε γενναίων τέκνων.

Nunc demum haec verba facilem habent explicationem. Postquam enim Cassandra v. 1249 dixit: ἄραρ'· ἰοῦσα τλήσομαι τὸ κατθανεῖν, deinde vero a Choro retenta ex-

posuit nihil esse lucri in mora, mortem non posse vitari, gloriosam vero mortem praestare, apte iam illis verbis repetitis se ituram esse dicit, ne fortis et generosa virgo ante aedes comprehendatur, sed intus una cum Agamemnone intereat. Recte igitur Agamemnonem hic commemorat, hoc enim dicit: „sed ibo et neci me tradam, ut sicuti hic vobis Agamemnonis meamque ipsius necem vaticinata sum, ita intus quoque Agamemnonis meamque sortem deplorem.“

Vitium eo ortum esse videtur quod librarius a verbis ἰὼ πάτερ ad verba ἰὼ ξένοι aberravit vitioque cognito vss. 1264 — 1271 in margine posuit. Quodsi recte de transferendis his versibus disputavimus, iam tertia huius colloquii pars non usque ad v. 1271, sed ad v. 1264 pertinet, eaque est compositionis ratio, ut quo concitatior animus Cassandrae existat, eo longiores fundat orationes, breviores sint stichomythiae, prima Cassandrae oratio ex 20, altera ex 28, tertia ex 39 versibus constet, in stichomythia prima Chorus et Cassandra senos, in altera quinos, in tertia quaternos versus pronuntient, eaque pars tribus Cassandrae versibus absolvatur. Ultima denique pars ex stichomythia et duabus Cassandrae orationibus, una sex altera novem versuum constat, quibus unus Chori interpositus est versus. Et si quem talia delectant, prioris huius orationis sex versus additi omnium primi membri versuum numero alterius membri numerum versuum efficiunt, alterius vero orationis novem versus additi omnium alterius membri versuum numero versuum numerum tertii membri aequant.

# Schulnachrichten.

# WIADOMOŚCI SZKÓLNE.

## A. Lehrverfassung.

Die drei unteren Klassen sind in parallele Cötus, **VI — IVa.** für die Schüler polnischer, **VI—IVb.** für die Schüler deutscher Abkunft getheilt; in jenen ist die Unterrichtssprache die polnische, in diesen die deutsche. In den drei oberen Klassen kommt die polnische Sprache als Unterrichtssprache in folgenden Gegenständen zur Anwendung: **in den beiden Tertien:** in der Religionslehre, dem Polnischen, Französischen, der Mathematik und Naturgeschichte, zusammen in 10 wöchentlichen Stunden; **in Prima und Secunda:** in der Religionslehre, dem Polnischen, dem Hebräischen und der Interpretation des griechischen Prosaikers, zusammen in 10 wöchentlichen Stunden; alles Andere wird in deutscher Sprache gelehrt.

### Religionslehre.

Für die katholischen Schüler: in VI. vom Gebet, Erklärung des Vater unser, des Engl. Grußes, der Kirchengebote und speciell des Glaubensbekenntnisses, wöchentl. 1 Stunde; — Biblische Geschichte: von der Erschaffung der Welt bis zur Theilung der jüdischen Nation in das Reich Juda und Israel, wöchentlich 2 Stunden; — in V. Erklärung der zehn Gebote, der Kirchengebote, von der Gnade und den h. Sakramenten, wöchentl. 1 St. — Biblische Geschichte: von der Theilung der jüdischen Nation in das Reich Juda und Israel bis zu Ende des A. T.; N. T. von der Geburt Christi bis zum dritten Jahre seines Lehramtes, wöchentl. 2 St. — in IV. Erklärung der zehn Gebote, der Kirchengebote, von der Gnade, von den h. Sakramenten im Allgemeinen und im Besonderen, wöchentl. 1 St. — Biblische Geschichte: Wiederholung des A. T., Erklärung der wichtigeren Parabeln Jesu im N. T. nebst Geographie

## A. Plan nauk.

Każda z trzech klas niższych ma po dwa oddziały, oddz. **VI — IVa.** dla uczniów polskiego, **VI — IVb.** dla uczniów niemieckiego pochodzenia; w tamtych wykładają się nauki po polsku, w tych zaś po niemiecku. W trzech wyższych klasach używa się języka polskiego do wykładania w następujących przedmiotach: w kl. III niższej i wyższej: w nauce religii, języka polskiego, francuskiego, matematyki i historyi naturalnej, ogółem w 10 godzinach tygodniowo; w kl. I i II: w nauce religii, języka polskiego, hebrajskiego, i przy tłómaczeniu prozaisty greckiego, ogółem w 10 godzinach tygodniowo; reszta przedmiotów naukowych ndziela się w języku niemieckim.

### Nauka religii.

Dla uczniów katolickich: w *VI.* o modlitwie, wykład modlitwy Pańskiej, pozdrowienia Anielskiego, przykazań kościelnych a szczegółowo składu apostolskiego, tygodn. 1 godz.; — historya św. od stworzenia świata aż do podziału narodu żydowskiego na królestwa Judzkie i Izraelskie, tygd. 2 godz.; — w *V* wykład dziesięciorga przykazań Bożych i kościelnych, tudzież o łasce i sakramentach śś., tyg. 1 godz.; — historya św. od podziału narodu żydowskiego na królestwa Judzkie i Izraelskie aż do końca starego testamentu; nowy testament od narodzenia Chrystusa aż do trzeciego roku Jego nauczania, tyg. 2 god.; — w *IV* wykład dziesięciorga przykazań Bożych i kościelnych, tudzież o łasce i sakramentach śś. w ogólności i w szczególności, tyg. 1 godz.; — historya św.: powtórzenie starego testamentu, wykład ważniejszych przypowieści Jezusa w nowym testamencie zawartych, oraz jeografia

von Palästina, wöchentl. 1 St. — in IIIu. Lehre von der Kirche, von der Heiligenverehrung, vom Fegfeuer und von den h. Sakramenten im Allgemeinen und im Besonderen, wöch. 1 St.; — Sittenlehre: von den Pflichten des Menschen gegen Gott, wöch. 1 St. — in IIIo. Glaubenslehre: von Gott und Gottes Eigenschaften, von der Offenbarung, Tradition und der h. Schrift, von der Erschaffung der Welt, der Geister und der Menschen, vom h. Meßopfer, wöchentl. 1 St.; Sittenlehre: von den Pflichten des Menschen gegen sich selbst, nebst Erklärung mehrer wichtigerer Ceremonien der kath. Kirche, w. 1 St.; — in II. Lehre von der Kirche, ganz speciell; Lebensbeschreibung der berühmtesten Kirchenväter, w. 1 St.; — Kirchengeschichte: das germanisch-slavische Zeitalter, w. 1 St. — in I. Lectüre der h. Schrift, v. O. des 1. Briefes des Apostels Johannes, n. O. Apostelgesch., nebst Erläuterungen, w. 1 St.;— Kirchengeschichte: das dritte Zeitalter, w. 1 St.— Lehrbücher: Katechismus von Radzki, Biblische Geschichte von Tyc, Glaubens- und Sittenlehre nach Ontrup, in den beiden oberen Klassen das Religions-Handbuch von Martin.

Für die evangelischen Schüler: in VI. und VII. Biblische Geschichte: von der Erschaffung der Welt bis zur Zeit der Könige; Katechismus: die zehn Gebote auswendig gelernt, außerdem noch eine Anzahl Bibelsprüche und 8 Kirchenlieder, w. 2 St.;— in V. Biblische Geschichte: vom Zeitalter der Könige bis zu den Makkabäern; Katechismus: die zehn Gebote erklärt, den ersten Artikel des zweiten Hauptstückes auswendig gelernt und erklärt, 8 Kirchenlieder auswendig gelernt, w. 2 St.;— in IV. Biblische Geschichte: das N. T. von Christi Geburt bis zu seiner Himmelfahrt; Katechismus: die 3 Artikel des christl. Glaubens; auswendig gelernt 8 Kirchenlieder und viele Bibelsprüche, w. 2 St.; — in der combinirten IIIu. und IIIo. Wiederholung der Lehre von der Trinität, Erklärung des Gebotes des Herrn und der h. Sacramente. Daneben ist nach Luther's Uebersetzung gelesen worden das Evangel. Johannis, sowie dessen Briefe, auswendig gelernt 6 Kirchenlieder nebst Bibelsprüchen, w. 2 St.; — in II. und I. Religionslehre: von der h. Schrift des alten und neuen Testaments; Kirchengeschichte: die ersten 6 Jahrhunderte und die letzten 3 Jahrh.; erklärt wurden: 21 Artikel der Augsburgischen Confession; gelesen wurde das Ev. Lucae nach dem griechischen Urtexte. Lehrbücher: in den 4 unteren Klassen: die biblische Geschichte von Preuß, der Katechismus Luthers herausgegeben von Reymann, die geistlichen Lieder von Anders und Stolzenburg; in den beiden oberen Klassen das Lehrbuch von Petri, die Augsburgische Confession.

Palestyny, tygdn. 1 godz.; — w *IIIn.* nauka o kościele, o czci świętych pańskich, o czyścu i o sakramentach śś. w ogólności i w szczególności, tyg. 1 godz.; — nauka moralności: o powinnościach człowieka względem Boga, tygd. 1 godz.; — w *IIIw.* nauka wiary: o Bogu i przymiotach Boga, o objawieniu, tradycyi i piśmie św., o stworzeniu świata, duchów i ludzi, o ofierze mszy św., tygdn. 1 godz.; — nauka moralności: o powinnościach człowieka względem siebie samego, nadto wykład niektórych ważniejszych obrządków kościoła katolickiego, tygdn. 1 godz.;— w *II* nauka o kościele, jak najszczegółowiej wyłożona; żywoty najcelniejszych ojców kościoła, tygdn. 1 godz.; — historya kościelna: wiek germańskosłowiański, tyg. 1 godz.; — w *I* czytanie pisma św., przed W.Nocą pierwszego listu Jana apostoła, po W.Nocy czytanie i wykład dziejów apostolskich, tygdn. 1 god.; — historya kościelna: wiek trzeci, tygdn. 1 godz.. — Książki: Katechizm Radzkiego, Historya św. Tyca, Nauka wiary i moralności Ontrupa, w dwóch wyższych klasach nauka religii Martina.

Dla uczniów ewangelickich: w *VI* i *VII* historya św. od stworzenia świata aż do zaprowadzenia królów; katechizm: uczono się na pamięć dziesięciorga przykazań Bożych, nadto wiele przypowieści i 8 pieśni kościelnych, tygdn. 2 god.; — w *V* historya kościelna: od zaprowadzenia królów aż do Makabeuszów; katechizm: wyłożono dziesięciorgo przykazań Bożych, uczono się na pamięć i wyłożono 1. artykuł II. rozdziału, prócz tego uczono się na pamięć 8 pieśni kościelnych, tygdn. 2 godz.; w *IV* historya św.: nowy testament od narodzenia Chrystusa aż do Jego wniebowstąpienia; katechizm: 3 artykuły wiary chrześciańskiej; uczono się na pamięć 8 pieśni kościelnych i wielu przypowieści; tygdn. 2 godz.; — w połączonych *IIIn.* i *IIIw.* powtórzono naukę o Trójcy przenajświętszej i wyłożono modlitwę Pańską. Nadto czytano podług tłómaczenia Lutra ewangelią Jana, jako i listy jego, na pamięć uczono się 6 pieśni kościelnych, oraz przypowieści, tygdn. 2 godz.; — *II* i *I* nauka religii: o piśmie św. starego i nowego testamentu; historya kościelna: pierwsze 6 wieków i 3 ostatnie wieki; wyłożono 21 artykułów wyznania augsburgskiego; czytano po grecku ewangelią Łukasza św. — Książki: w 4 niższych klasach: Historya święta Preussa, Katechizm Lutra wydany przez Reymanna, Pieśni duchowne Andersa i Stolzenburga; w dwóch wyższych klasach: Nauka religii Petrego, Wyznanie augsburgskie.

### Deutsche Sprache.

VIb—IVb., Uebungen im Lesen, Nacherzählen und Declamiren, nach Auras und Gnerlich, w. 1 St.;— in der Orthographie und im schriftlichen Gedankenausdruck, in IV. kleinere freie Aufsätze erzählenden Inhalts, Grammatik nach Heyse, w. 1 St.; — in VIa. und Va. w. 6 St. Formenlehre nach Jerzykowski's Grammatik und Ławicki's Wypisy, Uebungen im Lesen, Nacherzählen und Declamiren, im mündlichen Uebersetzen und w. 1 St. im schriftlichen Uebersetzen und kleineren Ausarbeitungen abwechselnd mit orthographischen Uebungen; in IVa. w. 5 St. Satzlehre und dieselben Uebungen; — in III. w. 3 St. Satzlehre, Uebungen im Uebersetzen aus Wypisy polskie, Lesen, Nacherzählen und Declamiren nach dem Lehrbuche von Auras und Gnerlich, 3wöchentliche schriftliche Ausarbeitungen; — in II. w. 2 St. Rückgabe und Besprechung der 4wöchentlichen freien Aufsätze; freie Vorträge der Schüler, Lectüre und Erklärung prosaischer und poetischer Stücke aus Auras und Gnerlich's Lehrbuche; — in I. w. 3 St. logische Uebungen, freie Vorträge, Lectüre und Geschichte der deutschen Nationalliteratur, Rückgabe der freien Aufsätze. Zu schriftlicher Ausarbeitung wurden folgende Aufgaben gestellt:

### Język niemiecki.

*VIb.—IVb.* czytanie, opowiadanie i deklamacye podług Aurasa i Gnerlicha, tygdn. 1 god., ćwiczenia w ortografii i stylu, w *IV* wypracowania małe treści opowiadającéj, grammatyka podług Heysego, tygdn. 1 godz.; — w *VIa* i *Va* tygod. 6 god. odmiana wyrazów podług Jerzykowskiego grammatyki i Wypisów Ławickiego, czytanie, opowiadanie i deklamacye, ćwiczenia w tłómaczeniu ustnem i tygodn. 1 godz. w tłómaczeniu piśmiennem, wypracowania małe przeplatane ćwiczeniami ortograficznemi; w *IV* tygodn. 5 godz. nauka o zdaniu i takież ćwiczenia. — w *III* tygodn. 3 godz. nauka o zdaniu, tłómaczenie z Wypisów polskich, czytanie, opowiadanie i deklamacye podług Aurasa i Gnerlicha, co 3 tygodnie wypracowania piśmienne; — w *II* tygdn. 2 godz. rozbiór wypracowań domowych co 4 tygodnie zadawanych, ćwiczenia ustne, czytanie i objaśnianie wyimków prozaicznych i poetycznych z Aurasa i Gnerlicha; — w *I* tygdn. 3 godz. ćwiczenia w logice, wolne wykłady, historya literatury niemieckiéj wsparta czytaniem odnośnych autorów, rozbiór wypracowań domowych. Na wypracowania piśmienne zadano następujące temata:

in II. — w *II.*

Die Verschwörung Catilina's, nach Sallust. — Vorzüge des Eisens vor dem Golde. — Hanno schildert die Thaten seines Bruders Hannibal nach der Schlacht bei Cannä vor dem karthagischen Senate. — Gedankengang des Schillerschen Gedichts „der Gang nach dem Eisenhammer." — die Entdeckung Amerika's in ihren guten und schlimmen Folgen. — Der Winter, ein Bild des Todes. — Die Feuersbrunst. — Der Jahrmarkt (Klausurarbeit). — Gedankengang des Gedichtes „der Taucher" von Schiller. — Die Lykurgische Gesetzgebung. — Der Geizige und der Verschwender, eine Parabel. — Gedanken des Schülers am Ende des Schuljahres (Klausurarbeit).

in I. — w *I.*

